



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

S. Pavli Monasterivm Ratisbonense.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**



curtes dono dedit, nec non S. Henrici.

*Ratho* Damasianus Comes, eo tempore Orientalis Boiariæ, nunc Austriæ marchio, cum hac *Iuditha*, deuotionis gratiâ, Ierosolymam profectus est.

Ibidem sepulta est *Gisala*, vxor Henrici Secundi, Ducis Bauariæ, mater Henrici sancti Imperatoris: vt testatur crux aurea à filia huius *Gisalæ*, Regina vngariæ donata.

*Laurentius Hochvart*, Canonicus Ratisbonensis & Patauiensis, veterum monumentorum auidissimus inquisitor, in Chronicis suis Episcorum Ratisbonensium, hoc monasterium scribit exstructum esse anno Domini 900.

S. PAULI MONASTERIUM RATISBONENSE.

CVM monasteria duo, Inferius & Superius, Ratisbonæ à regulari vita multum discessissent, nec reformari vellent, *S. VVolfgangus Episcopus*, tertium, rempè *Sancti Pauli* monasterium Virginum instituit anno nonagesimo nonagesimo quarto, sub regula & professione S. Benedicti; & congregationi huic primam Abbatissam præfecit *Brigitham*, Sancti Henrici Imperatoris sororem à se Baptistatum; ad quarum regularem obseruatiâ & imitationē alia duo monasteria sic excitata sunt. vnde versiculus, quē ipsemet scripsit,



*struxerat ediculum Mandrita Lupambulus ista.*

Lupambulus, id est *VVolfgangus*. Iuuit eum Henricus Dux Bauariæ, pater Sancti Henrici Imperatoris.

Sic ferè Hundius in Melropoli sua Salisburgensi.

## CAPVT XLII.

S. DONATIANI COLLEGIVM Cathedralis Brugense in Flandria.

**S** Donatianus Remorum Archiepiscopus septimus in ordine numeratur, estque translatus ad secundam Comitatus Flandriæ urbem, quæ à pontium multitudine Brugarum nomen habet. Translationis autem hæc fuit occasio, cum Normanni & Dani tertio Flandriam ferro & igne vastassent, Balduinus Ferreus, Forestarius Flandriæ, Iuditham Caroli Calui filiam rapuerat, & vxorem duxerat. Sed pace composita per Nicolaum primum, & Ebonem Rhemensem Episcopum, dotis nomine accepit totam regionem Scalde, Somona, & Greano terminatam: dictusque est Comes regni Francorum, & Marchio Flândriæ, eo potissimum nomine, vt aduersus omnem Aquilonis barbariem, perpetuus foret regni Francorum propugnator. Ebo quoque pacis Frandriæ confirmandæ causa, & vt ferocis gentis animi, cultu religionis mitescerent